

A 32. Lanfrancus Cadomenfis, Abbas, insigni litteratura & religione, sub anno 11. & 111. qui rebus Anglorum componendis se graviter impendit, magnoque sui desiderio relicto discessit, febris correptus, post annos 19. regiminis, Fertur semper a Deo postulasse, ut vel dysenteria, vel febre moreretur, quod hi morbi memoriam vel linguam non ita soleant turbare, Scripsit contra Berengarii errores. Vacavit sedes an. 4.

33. S. Anselmus, Abbas Becensis, vir longè doctissimus, Cantuariensis Archiepiscopus, magno zelo Ruffo Regi pro Ecclesie immunitate restitit, quam ille enormi exactionum censu tollere moliebatur. Etiam pro primatu Pontificis stabilendo decertavit, eique, Rege invito, obedientiam detulit. Proscriptus, omnibus spoliatus, versus Flandriam se contulit, inde per Galliam devenit Romam. Ubi paululum otii nactus, libris scribendis animum applicuit. Concilio Barenti interfuit, & multa in eo sapienter dixit. Mortuo autem Rege, Henricus illius successorem revocavit; omnique honori restitutus, excessit è vivis an. 1109. ætatis suæ 76. Pontificatus XVI. alii XIX. Tanta fuit morum integritate, ut ex quo habitum monachalem accepit, assereret se nullum unquam verbum prolocutum, cuius memoria conscientiam extimularet. In Divos relatus post B. annos penè 400. Vacavit an. 5.

34. Radulphus, five Rudolphus, Abbas, omnium vota ad Episcopatum meruit, eruditione, pietate, comitate pollens. Paralyti obiit anno Sal. 1121. 13. Kal. Novemb. an. Episcopatus 9. circiter. In cuius locum venit an. 1121.

35. Guilielmus, qui an. 15. regiminis è vita migravit.

36. Theobaldus, Abbas Becensis, doctrina & vitæ sanctitate clarus sacra vir Henricum Regem anno 1163. Romam verò profectus, & pallio donatus ab Innocentio II. Legari quoque dignitatem obtinuit, & post illum deinceps, Archiepiscopi Legati Apostolici vocati fuerunt. Obiit an. 1160. Fovit vitos doctos, è quibus fuit

37. S. Thomas Beketus, illius successor, Civis Londinensis, ex Archidiacono factus Episcopus, & regni Cancellarius primus. Sedit Prædecessor annos 22. & vacavit Cathedra pluraquæ anno. Thomas verò Henrici Regis furore exulare cogitur, At mox post sexennium in gratiam rediit, nec ita multo post invidia quorundam Episcoporum rursus in odium trahitur apud Henricum II. sic ut ille quereretur, se cum uno Sacerdote pacem in suo regno habere non posse. Ex qua voce nefarii Satellites sperantes se gratiam rem facturos Regi, sanctum Episcopum vespertinis horis intentum adoriuntur: qui summa constantia caput præcedendum obtulit 4. Kal. Januarii an. 1171. Alexander Pontifex miraculis clarum Sanctis adseruit. Ejus sepulchrum tanta in veneratione habitum fuit, ut templum ipsi auro & donis amplissimis præfulerit. Atque tot seculis agglomeratas opes alterius Henrici Regis Octavi impietas abstulit. Vide de hoc Pontifice quædam notata digna in *Loco de Anglis. Tit. an. candidati. Hoc eodem Opere.*

39. Richardus, S. Thomæ successit, præfuit annis 10.

40. Baldvinus Vigornienfis Episcopus, electus in locum Richardi. Consecravit Richardum Regem anno 1179. quem in Syriam secutus, vitæ periodum consecit.

41. Hubertus, Sarisburiensis Cathedra relicta, hanc inivit, Auctor fuit, ut Joannes in Regem inauguraretur, quem postmodum promovisse puduit, dum exultationi populi animum intenderet. Unde merore animi extinctus dicitur, postquam sedisset an. 11. mens. 8. dies 6. & vacavit sedes ultra biennium, litigantibus pro illa Reginaldo, & Joanne Nordovicenfi Episcopo. Verum Pontifex tantum effecit, ut eligeretur

42. Stephanus Langtonus, D. Chrylogi Card. at Rege indignè iderente, qui Joannem excollebat. Quo factum, ut nec minis, nec monitis Pontificis ad id inclinari poterit, qui potius omnia sacra evertere moliretur, quibus interdicitus erat. Tandem cum in Galliam trajicere cum exercitu parat, an. 1223. Stephano libertatem facit cathedram suam inveniendi, quam an. 22. tenuit, eaque cum vita demum defunctus fuit mense Julio 1228.

43. Richardus Magnus, Romam rediens, moritur in itinere anno primo regiminis.

44. S. Edmundus, Thesaurarius Sarisburiensis Collegii prius, Vir sanctissimus: propter improbas leges Henrici III. spontè in exilium secessit, vitamque monasticam duxit in Pontifico cœnobio. Ubi paucis mensibus moratus, obiit an. 1242. Miraculis post mortem coruscum Innocentius IV. in ordinem Sanctorum reulit. Sedit annos 8. Vacavit Cathedra

annis tribus. Quibus evolutis, iussu Regis electus

45. Bonifacius, natione Sabaudus, Aleonoræ Reginaævinctus: sedit annis 27. obiit an. 1271. Vacat an. 3.

46. Robertus Kilivverday, à Gregorio Pont. suffectus, postea Card. & Episcopus Portuensis: atque in illius locum

47. Joannes, Ordinis Minorum, ab eodem Pontifice præfuit, & post annum 13. regiminis moritur. Cui successit

48. Robertus Vynsalejis: sub Eduardo Rege II. inivit Pontificatum, cujus mores perditos, coacto Senatorum collegio, constitutis novis Consiliariis, emendavit, multisque præclarè gestis, vita hac excidit an. 1312. qui à regimine illius erat 19. Substituitur

49. Gualterus Raynod. Cathedram obtinuit an. 15. alii tantum 13. mens. 9.

50. Simon Meppepbeam, S. T. D. consecratus Avenione, moritur anno 1333.

51. Joannes Sretfordius, ex Episcopo Vintonensi factus Cantuariensis, vir utriusque Juris peritissimus. Valdè desideravit in componendo diffidio inter Eduardum III. & Philippum Gallia Regem. Decessit an. Sal. 1348.

52. Joannes Offordus, rare virtutis antistes, qui 10. mensibus superstes, obiit ante consecrationem.

53. Thomas. Vixit unico dumtaxat anno.

54. Simon Islebbus, à Clemente VI. creatus Episcopus, præfuit annis 17. Optimus Antistes, & de pube Anglica benè meritus, collegii Cantuariensis Oxonii auctor fuit.

55. Simon Lagman, prius Episcopus Eliensis: at biennio postquam Archiepiscopum renuntiavit, ab Urbano V. Pont. Cardinalis creatus an. 1367. fe abdicavit, & cathedram occupavit illius loco

56. Guilielmus, J. U. D. prius Episcopus Vigornienfis: eligitur & consecratur anno 1366. moritur autem octo annis post.

57. Simon Sudbury, Londinensis primus, dein Cantuariensis Episcopus, Pontificia Regique auctoritate confirmatur; cum tamen olim Sacerdotum suffragis eligentur Episcopi. Occisus crudeliter à Cantianis tumultuantibus ob quamdam exactionem, dum ad eos pacificandos à Rege cum duobus insuper primatiis mittitur. Sedit an. 7.

58. Guilielmus Cortenetus. Moritur an. 1366.

59. Thomas Harundellius, prius Eboracen. Episcopus, vir summe indultrix, & amans bonum publicum: multum consilio Reipub. profuit, & varia Regni negotia obivit. Præfuit autem annis 33. juxta Godibinum 17. Anno 1415. moritur, eique succedit

60. Henricus Chilcheleus, Menevensis Episc. Sedit annis 29. Aedificavit Oxonie bina collegia pro litterarum studio, eaque amplis censibus dotavit, & unum memorie fidelium animarum, alterum D. Bernardo dedicavit: delinque traditur an. 1443.

61. Joannes Staffordius, prius Episcopus Bathoniensis & Vvellenfis. Moritur an. 1453.

62. Joannes Champius, ex Eboracensi Cantuariensis Archiepiscopus, tandem à Nicolao V. Cardinalis creatur. Vix triennio Pontificatus expleto moritur.

63. Thomas Bulcherius, Eliensis Episcopus, & mox Cardin. tir. S. Cyriaci renunciatus. Vir moribus & doctrina clarissimus, vixit sub quatuor Regibus, & omnibus aequè amabilis existit, & in Deo pius moritur an. 1486. H die 30. Martii.

64. Joannes Mortonus, ex Eliensi Episcopo, designatus Cantuariensis, & ab Alexandro VI. Cardinalis, ac suffragis Henrici VII. Cancellarius Regni constituitur. Vir excellens virtute, & prudentia in rebus agendis. Mortuus est an. 1500.

65. Successit Henricus Deneus, alius Deanus, prius Episcopus Sarisburiensis, prædicit.

66. Guilielmus Varamus, Episcopus Londinensis, omne punctum ad hanc prælatam tulit, mortuo Henrico. Vir acuti judicio, unde ab Henrico VII. Rege in Cancellarium, ab Henrico deinde Octavo, adhuc juvene 18. annorum, in consiliarium cooptatur. Coronavit autem eundem in Regem Guilielmum an. 1509. ac spontè se Cancellarium paulò post abdicavit. Incidit autem in difficillima illa tempora, quando Henricus VIII. jam venudatus sub peccato, ambrosiosè primatum Ecclesie Anglicanæ per vim usurpare cepit, Pontificia autoritate, quam hæcenus sarram tectam voluerat, contempta; cunctaque pro libidine adversus Ecclesie immunitatem

A tatem decrevit, repudiata Catharina uxore sua legitima & sanctissima, ac pellice, cum qua jam consueverat, quam filiam suam existisse tradunt Annales, ex conjugè Thomæ Bollem ab eo procreatam, in thalamum impie traducta. Igitur Varamus, qui Regis tam nefanda molientis animum frustra ad faniora consilia reducere moliebatur, cum in summam apud eum indignationem incidisset, tandem merore confectus, uti jam senio etiam erat, vita defungitur 23. Augusti anno 1532. Quo mortuo, rebus omnibus turbatis, palam recessum à Jurisdictione Pontificis, & Romanæ Ecclesie obedientia. Cumque hanc improbitatem variis argumentis confirmare, & studere laboraret Thomas Crommerus homo versipellis, à Rege designatus est Archiepiscopus Cantuariensis, non obstante, quod conjugatus esset, & bigamus: Rege, qui jam caput Ecclesie istius renuncians ab ipso Crommero erat, de super dispensante. Atque hic fuit primus factus Anglicani schismatis; de quo consule Nicolaum Sanderum, & alios. Porro uti hanc, ita & reliquas Angliæ cathedras hæretici hodieque occupant.

B LONDINENSIIUM EPISCOPORUM SERIES.

Londinum, civitas Angliæ nobilis, modò Regni caput, in qua sedes Regia, ad Tameisium Fluvium celeberrimum sita, opibus & populorum frequentia, ac commerciorum opulentia abundans. Hic cum adhuc Idololatria vigeret, postquam B. Augustinus in Angliam à B. Gregorio missus Evangelii prædicandi causa fuerat, submissis Mileus, & Justus Presbyteri, quos Orientalium Saxonum Regulus abire jusserat, regnoque excedere. Igitur Augustino apud Cantos in Principe Civitate verbi divini semen jacente, mittitur Londinum candem ob rem

1. Milenus, ceu primus illius populi pastor, & Episcopus. Qui sedit in Ecclesia S. Pauli, quam Ethelbertus Cantia Rex construxerat. Aedificavit autem Mileus alteram in honorem S. Petri, cuius dedicatio miraculo probata fuit, ipso Apostolorum Principe se per vifum in imagine exhibente. Verum mortuo Rege, Londinenses adhuc Idolis dediti, Antistitem suum pellunt. Qui in Galliam profugus, tandem Cantuariam venit, ubi in Galliam Laurentio II. Præsuli ipse III. successit.

Duravit ea pestifera labes usque ad tempora Regeberti, qui hortatu Osibii Northanimbrogum Regis, à Finano Episcopo baptizatus, gentem suam ad fidem, quam cum Mileto expulerant, reduxit, & Ceddum virum sanctissimum ad id munus adhibuit. Vide Bedam lib. 3. hist. c. 22. & 23.

2. Ceddus itaque, five Ceddas Polydoro, Sancti Cedde frater, Episcopus constituitur, post annos, ut quidam supputant penè 40. Successit an. 666.

3. Vvinnas, instantia Vullterii Regis Merciorum, quem pecunia corruptum memorant Annales, Sedem vacantem occupavit. In cuius locum, postquam aliquandiu vacasset, venit

4. Erkenwaldus, tempore Theodori Cantuariensis Archiepi. Præsuli sanctissimus, qui in vita, & post illam miraculis famam. Nam ejus tactu multos infirmos curatos Beda commemorat: ac flavium rapidissimum, obrerranti Paroccias suas lætica, cum esset æger pedibus, cessisse, itaque præbuisse, Guil. Malmesburiensis tradit. Duo monasteria aedificavit, sanctebris memoriam celebrat quotannis Ecclesia Londinensis. Qui proinde subsecuti fuerunt Antistites, adeo tenebris ignorantia & calamitosi temporis obvoluti jacent, ut præter nomen, nihil reliquum manserit. Sedit autem Erkenwaldus, circa annum 680. Polydorus in *historia sua lib. 7.* meminuit, post superiorem, Dunstani, qui postea fuit Cantuariensis Archiepiscopus ordine 23. verum Malmesburiensis hos interjicit, quorum nomina

5. Vvalderus, circa annum 690.

6. Ignaldus.

7. Egulfus.

8. Vvigerthus.

9. Edbrithus.

10. Eadgarus.

11. Kenwulfus. Circa annum 773.

12. Eadhalidus.

13. Hecebertus. Circa annum 802.

14. Osmundus. Circa annum 833.

15. Ethelmothus.

16. Celbertus, alius Geolbertus. Ad annum 838.

17. Cernulfus, five Ceorulfus, anno 841.

18. Svithulfus, qui vixit anno 852.

19. Ertlanus, circa annum 860.

20. Vulfus, sub annum 870.

21. Ethelvardus.

22. Elistanus, five Ealsthanus, ad annum 896.

23. Theodredus, cujus non penitus exoleta est memoria, & dicitur floruisse tempore Ethelstani Regis: ac nomen Boni consecutus ob virtutum prærogativam. Floruit autem sub annum Domini 900. Successerunt

24. Vvlfstanus.

25. Brithelmus: obiit anno 958.

26. S. Dunstanus, de quo in serie Archiepiscop. Cantuarien.

27. Elistanus, vixit usque annum 996.

28. Vvlfstanus II.

29. Elthunus, alius Althunus. Sub annum 1014.

30. Elfrivius.

31. Elfrivordus, quorum omnium nulla mentio apud Polydoro.

32. Robertus, ex monacho Gemmeticensi, favore Eduardi Regis, creatus Episcopus Londinensis, mox Cantuariensis, circa annum 1049. Hic dissentit in Chronologia Polydori, coque auctore successisset, cujus alii non meminerunt, in locum Roberti

33. Guilielmus, qui postea Cantuariensis. Obiit ann. 1070.

34. Hugo de Orival, qui in lepram incidit. Obiit an. 1085.

35. Mauritius, Guilielmi Regis Sacellanus, consecratus biennio post obitum alterius.

36. Richardus de Beaumes, structura Ecclesie suæ admodum intentus fuit. Moritur paralyti anno 1127.

37. Gilbertus, Universalis cognomento dictus, ob scientiam variarum disciplinarum, ait Platina. Scripsit ad illum S. Bernardus varias Epistolas. Obiit anno 1213.

38. Robertus de Sigillo, sufficitur Anselmo Buriensi Abbati, nepos S. Anselmi, qui electus, at de criminibus variis accusatus, inaugurari non potuit. Vacatigitur sedes annis 7. Robertus autem annis 10. præfuit, quem S. Bernardus amicum suum, & devotum filium appellat, *Epist. 211.*

39. Richardus Beaumes, nepos superioris Richardi, renuntiatus Episcopus. Obiit an. 1161.

40. Gilbertus Foliot, Abbas Glocestriz, consecratus anno 1149. Præfuit annis 12. Ecclesie Herefordiensis, tum Londinensis. Excessit è vivis anno 1187.

41. Richardus Nigelus, ex Eliensi Londinensis Episcopus, annis 9. sedit, atque anno 1198. hinc emigravit.

42. Guilielmus de S. Maria, Richardo Regi à secretis. Abdicavit Episcopatum anno 1221.

43. Eustachius de Fauconbridge, eodem anno nominatus, multum Ecclesie suæ profuit. Et obiit anno 1228.

44. Rogerius Niger, successit, Vir omnibus numeris absolutus. Discessit anno 1241.

45. Fulco Basset, ex Decano Eboracensi, Rege abnuente, fit Episcopus, & is quidem prudens, pius, vigilans. Peste sublatum anno 1258.

46. Henricus de Vvingham, ex Angliæ Cancellario Episcopus, triennio præfuit.

47. Richardus Talbot, dies paucos vixit in Episcopatu; obiit enim mense Septembri anni 1262.

48. Henricus de Sendvich, primus Archidiaconus Oxoniensis, rexit usque ad annum 1273.

49. Joannes de Chishul, obiit anno 1274.

50. Richardus de Graveland, fundator monasterii Carmelitarum Maldoviz: obiit anno 1203.

51. Rudolphus de Baldock, ex Decano electus Episcopus; annis 10. circiter summa prudentia rexit.

52. Gilbertus Segravus, vir doctus & scriptis clarus. Anno tres sedit.

53. Richardus Nevvport, obiit anno 1317. Successit

54. Stephanus Graveland, discessit anno circiter 1336.

55. Richardus Bintvord, obiit biennio post.

56. Radulphus Stratford, sedit annis 14. Obiit circiter annum 1349.

57. Michael Nortbrook, Legum Doctor. Fundavit Cœnobium Carthusianorum. Peste correptus, obiit anno 1361.

A 58. Simon Saburius, dictus Tibaldus, Legum Doctor. Translatus ad Cantuariensem Cathedralam, post annos 15. regimini.  
 59. Guilielmus Courtejus, prius Herefordiensis Episc. Cardinalium in numerum cooptatus. Fuit Archiepiscopus Cantuariensis.  
 60. Robertus Brayboock, Cancellarius Angliæ. Obiit 1404.  
 61. Rogerus Vvalden, ex commendatione Pontificis susceptus, virtute sua emerfit. Vix an. præfuit.  
 62. Nicolaus Bubvith. Translatus Bathoniæ, an. 1407.  
 63. Richardus Glifford. Ex Vvigornienfi Cathedra huc translatus, sedit usque ad annum 1441.  
 64. Joannes Kemp. Prius Rossensis præsul. Postea Cardinalis, & Archiepiscopus Cantuariensis.  
 65. Guilielmus Grajus, Lincolniam translatus, an. 1431.  
 66. Robertus Fitzhugh, Doctor legum, vir legationibus variis cum laude perfunctus. Postulatus autem ad Eliensem Cathedralam, moritur an. 1435.  
 67. Robertus Gilbertus, S. T. D. Decanus Eboracensis, moritur anno 1448.  
 68. Thomas Kemp, à Nicolao V. nominatus, magnus studiorum & studioforum fautor extitit. Obiit an. 1489.  
 69. Richardus Hilli. Sedit annos 6.  
 70. Thomas Savagius, à Rossensi Ecclesia huc translatus: postea Eboracum transfugavit, an. 1501.  
 71. Guilielmus Vvarham, Legum Doctor, Cantuariam translatus. Successit an. 1505, at eodem etiam an. obiit.  
 72. Guilielmus Barnes.  
 73. Richardus Fitziamas, Legum D. prius Rossensis Episcopus. Obiit an. 1521.  
 74. Curthbertus Tondallus, J. U. D. vir clarissimus, ad Duerniensem Ecclesiam translatus fuit.  
 75. Joannes Stokeljeus, moritur 1539. sub Henrico VIII.  
 76. Edmundus Bonerus, multis functionibus præclare obitus celebratus, per varios honorum gradus ascendit. At cum Factores Henrici VIII. ei, ut contra conscientiam, illius in Ecclesia primatum, aliaque impietatis dogmata pro concione afferret, imperarent, detestantem in vincula conjecerunt, & Episcopatu exierunt. At Maria postea regnante restitutus, egregie de nebulonibus istis supplicium sumi curavit. Ipse vero mortuus est anno 1569. in carcere, in quem eum denud conjici fecerat funesta illa Jezabel, quæ Maria R. infidiam struxerat, ut securus regnaret. Ex hinc Londinensem cathedram Calvinistæ occupant, donec Deo aliter viam.

EPISCOPI VVINTONIENSES.

Ex Occidentalium Saxonum serie.

Hic etiam dissentium Polydorus, & Malmsburienfis & Godwinus.

Quo tempore rerum Vvest-Saxoniarum potiebatur Quicelmus, Honorio Papa hortante, quidam Birrinus, munus dissimulandi Evangelii suscepit, & in Britanniam trajecit, ordinatumque à Genuensi Episcopo Asterio, venit an. 40. post primum adventum B. Augustini primi Anglorum Apostoli. Narratur de illo, quod nautis urgentibus venti opportunitatem, cum Corpore farcinis non impouisset, jam in altum evectus, in mare descendit, & pedibus super illud ambulaverit, & Corporalibus acceptis, redierit ad socios. Quo miraculo obstupescit, suæ prædicationis ille testimonia exhibere, incredulis alloquitur, cepit: & Regem baptizavit, qui Birrinum residere Dorcestriæ, quæ nunc vivit dumtaxat, iussit. Fuit ibi Merciorum Antistitum sedes, quæ post Lincolnii.

1. Birrinus itaque annis 15. Dorcestriæ Episcopus, vitam ibidem finivit, & in Ecclesia à se edificata tumulatur, sub an. 625. Posterioribus annis Vvest-Saxonum Episcopus in Vvintonia confirmatus fuit, eoque translatus ab Hedda, qui illius civitatis Divitis ntelaris habetur.

2. Angilbertus, natione Gallus, Birrino susceptus est. Memit illius Beda. Sed intruso quodam Vvine Anglo, qui Episcopatum à Rege emerat, profugit in Galliam, ubi Parisiorum cathedram obtinuit. Unde à Rege, ut rediret, evocatus, se excusavit. Eisdem tamen assensu missus est ad Vvest-Saxones regendos.

3. Lutherus, aliis Eleutherius, ejus nepos. Interferit hic Godivius Vvinam. Qui (comiter exceptus) annis 7. Ecclesiam rexit. Vacavit annis 30.

4. Hedda, monachus & Abbas, successit. Vir vitæ innocentis, at tenuioris literaturæ, verè Apostolicus, & inter Divos relat: obiit anno 705. Quo defuncto, Diocesis propter limitum extensionem divisa est in duas. Una cessit Danieli, alteram, cujus Vvintonium erat caput & sedes, occupavit

5. Aldelmus, cui defuncto Danieli superstes mansit, & 40. annos in Episcopatu transegit: at in senectute Episcopatu se abdicavit, & Melduni vitam religiosam egit. Moritur autem anno 745.  
 7. Homfredus, cuius memoria fit in vita Cuthberti Archiepiscopi. Obiit an. 754.  
 8. Kinebaldus, aliis Kincharius.  
 9. Athelardus, ex Abbate Melduni, Episcopus: & Archiepiscopus postea Cantuariensis, an. 794.  
 10. Athelardus II.  
 11. Duldæus, Duddas aliis.  
 12. Cinebertus, qui Roman profectus an. 799.  
 13. Almundus.  
 14. Vvichitonus, aliis Vvichtenius.  
 15. Herefridus, à Danis in prælio cæsus, an. 834.  
 16. Eadmundus, vel Edmundus.  
 17. Helmstanus, tempore Regis Ebricit, an. 837.  
 18. Svintonus, ab Helmsano ordinatus. Insuper fuerat Adulphi filii Regis. Vir simplicitatis columbinæ & prudentiæ serpentina. Obiit an. 862.  
 19. Altridus. Hic Cantuarie postea præsul sub nomine Athelredi.  
 20. Dumberius. Obiit sub annum 879.  
 21. Denevulfus. Ex bubulco exavit ad hunc gradum. Hic Vvestmonasteriensis interierit Athelrum aliis ignotum.  
 22. Firestanus. Hujus dumtaxat primum meminuit Polydorus, floruisse sub annum 926.  
 23. Birtanus, Eadwardi, Regi percharus, 4. ann. rexit. Obiit autem ann. Christi 930. Hic interierit Godivinus tres alios.

24. S. Ethelvoldus, illius in cathedra successit, vir excellenti ingenio, & eruditione singulari, an. 1016. floruit. Ædificavit duo cœnobla monachorum, & post mortem Sanctis aggregatus fuit. Obiit an. 963.

25. Elphegus, successit, omnibus virtutibus ornatus. Qui postea Cantuariensis Archiepiscopus, dum capta à Danis urbe, barbaros ad fidem perducere laborabat, martyr occubuit, ann. 1012. Hic perique interierit Eilfium, & Britelmum. Nisi ille fit, cuius meminit Polydorus; nempè

26. Britovoldus, monachus Clacoviensis, vir sanctissimus. Qui moritur an. 1015.

27. Advinus, aliis Alvvinus; qui per injuriam accusatus de crimine violatæ pudicitie, dum matrona per ignitos vomeres innocentiam probaret, cum gloria absolutus fuit. Obiit an. 1047.

28. Stigantus, etiam Cantuariensis præsul: de criminibus accusatus, in carcere perit. Sedit an. 17.

29. Lanfrancus in Cantuariensi, at in Vvintonienfi, iuxta Godivinum, quidam Vvankelmus; at secundum alios Guilielmus Gythardus in cathedra successit. Sed cum nollet ad nominationem Henrici Primi à Thoma Eboracensi Archiepiscopo consecrari, in exilium relegatur. Tandem fit Archiep. Cantuariensis. Sedit an. 21. discessit an. 1128.

30. Henricus Comitibus Blefensis filius, singularis modestiæ præsul, ex Abbate Glasconiensi. Obiit an. 1171.

31. Picardus Morus, divinis ac humanis literis eruditus. Sub Henrico II. Rege præfuit. Moritur an. 1189.

32. Petrus de Rupibus, antea Abbas Redingensis. Profectus in Terram sanctam an. 1226. post quinquennium rediit. Obiit an. 1238. Ante hunc interierit Godivinus Godifidus de Lucy, aliis ignotum; eumque sessile ait an. 15.

33. Guilielmus de Raley, Henrico III. Rege invito subrogatur. Quare offensus, terras Episcopatus devastat. Quapropter ad aliam electionem proceditur, quæ etiam Regi displicuit. Tandem restituitur Raley antea Episcopus Morbicensis, ac in Galliam profugus, tardè in gratiam Regis reverfus, obiit Turonis an. 1249.

34. Ethelmarus successit, frater Regis uterinus, homo castus quam Ecclesiæ magis aptus: metu Regis electus, ingratus suis, obiit cum gaudio multorum an. 1261.

35. Joannes Okoniensis, vel de Gernsey, Cancellarius antea Eboracensis. Ab executione ordinis suspensus, dum Romanam causâ obtinendæ absolutiois pergit, moritur Viterbiæ anno 1268.

36. Nicolaus Eliensis, prius Vvirgonienfis præsul. Sedit hic an. 12. & obiit an. 1280.

37. Joan-

A 37. Joannes de Pontiffaria, S. T. D. & Academiæ Oxoniensis antea Cancellarius: obiit an. 1304. postquam sedisset an. 24. plus minus.

38. Henricus Vvoldlock, coronavit Eduardum II. in Regem anno 1307. & novennio post excessit è vita.

39. Joannes Scandallus, aliis Kaldallus, Primum Angliæ Cancellarius & Theaurarius. Obiit an. 1320.

40. Reginaldus Aflerius, obiit annos 2. & moritur anno 1333.

41. Joannes de Stradfort, Legum D. qui postquam annis 10. hic sedisset, translatus Cantuariam an. 1333. Cui

42. Adamus de Orton, substituitur, primum Episcopus Herefordiensis in patria: pauca præfuit quæ laudem merentur. Diu oculis captus vixit, mortuus an. 1345.

43. Guilielmus Edendon, primum Angliæ Theaurarius, obiit an. 1366. postquam Ecclesiam suam cum laude rexit, & Cantuariensi sibi oblatæ renuntiaflet. Nescio, an hic ille Odomarus, cuius meminit Marisburienfis, & Polydorus.

44. Guilielmus Vyckham, ex Consilio Regis, creatur Episcopus. Fundavit collegium Oxoniensè, ac variis muneribus perfundus, obdormivit an. 1404. octogenario major.

45. Henricus Tr. S. Eulæii Card. sub Henrico VI. mortuus est an. 1447. postquam annis 47. discessit, magno sui relicto desiderio, ut cuius unius consilia & auctoritas Henrico IV. Regi præsidio fuerant. Successit 30. Julii an. 1447.

46. Guilielmus Vvanfletus, vir iustus, & æqui amans, diu Regni Cancellarius fuit. Et ut erat literatorum amantissimus Oxoniæ Collegium pro is instituit, & vètigalibus aliisque necessariis instruxit. Obiit an. 1486.

47. Petrus Courtejus, Legum Doctor, prius Episcopus Oxoniensis, translatus ad hanc sedem sub exitum ann. 1486. quam tenuit annis sex. Obiit anno 1492.

48. Thomas Langtonus, postquam uno anno sedes vacasset ab Ecclesia Sarisburienfi ad istam devenit. In qua postquam annos 7. discessit, vita hæc defunctus est an. 1500. pelle correptus, & Cantuariensis Archiepiscopus designatus.

49. Richardus Fox, summo ingenio vir, & virtute sua ad summos honores ascendit. Oxonii etiam Collegium pro juvenute in bonis literis educanda dotavit. Tanti apud omnes valuit ejus æstimator, ut Apostoli Pauli titulo decoraretur. Floruit tempore Henrici VII. sub ann. 1500. & obiit an. 1526.

50. Thomas Langtonus, pauco tempore præfuit. Vir aliis excellens, & longiori vita dignus. Meminit hujus Polydorus & Marisburienfis: at Godibini opinione, successit Richar-

do.

51. Thomas Volfesius, qui sub Henrico octavo Tornacensem Ecclesiam in Belgio, occupata ab illo Civitate, aliquandiu administravit. Postea Eboracensis Archiepiscopus, & Vvintonienfis, deinde S. R. E. Cardinalis: morte tandem sublatus an. 1530.

52. Stephanus Gardinerus, Legum Doctor, regis favore successit anno 1534. Cujus impietati cum postea assensum præbere recusaret, & erronea dogmata pro concione dicere detestaret, vinculis traditur an. 1548. quibus eductus regnante Maria, sed restituitur an. 1553. Angliæque Academiæ Cantuariensis Cancellarius renunciatur. Podagra absumptus 12. Novemb. an. 1555.

53. Successit Joannes Vvritus, Lincolnienfis Episcopus. At à Regina Elisabetha exauctoratus, locum deinceps hæreticis præbuit.

EPISCOPI ROFFENSES.

Roffensis Ecclesia ab uberibus Cantuariensis primum Christianæ doctrinæ lac accepit, matremque æquis passibus sequuta est. Est autem Roffa oppidum augustum, alluitur fluvo rapidissimo; unde hosti non faciem accessum præbet.

Primum quem hic B. Augustinus constituit sub an. 622.

1. Justus fuit, qui cum Milero ex Gallia in Britanniam trajecerat. Mox eidem in Cantuariensi cathedra successit.

1. Romanus, Justo substituitur. Et ad Honorium PP. legatus dirigitur, at procellis absorptus, miserè perit.

3. Paulinus in Angliam à B. Gregorio primum missus, natione Romanus: etiam id beneficii Angliæ præfuit, ut non infimum inter illos Apostolos locum sibi vendicaverit. Sedit annis 19. mens. 12. diebus 21. Tumulatus in Ecclesia S. Andree.

4. Itamar successit. Quo viro nihil sanctius, si vitam: nihil perfectius, si eruditionem spectes, habuimus fuit.

5. Damianus à Theodoro Cantuariensi ordinatur. L. B. T. beatr. vitæ Hsman. T. om. 111.

6. Puttas, à Theodoro Canniar. sacrat. Fugatus tandem ab Ethelredo Rege Merciorum, ad illius Provinciam Episcopus accessit, ubi impetrata campestri Ecclesia & agello, vitæ reliquum exegit. Magnus promotor extitit Cantus Ecclesiastici. Fioruit circa an. 676.

7. Quichelmus, etiam penuria necessariæ alimentatiois Sedem reliquit. Quam tandem inivit an. 681.

8. Gebmundus. Cui successit, teste Beda, an. 693.

9. Thobias, vir Latinè & Græcè doctissimus, an. 726.

10. Aldulfus, postremus apud Bedam in ordine Roffensium Præsulum, obiit an. 741. Nomina quorundam aliorum ex Marisburienfi, & Godibino dabimus.

11. Dunus. Interfuit Synodo Roffensi, an. 747.

12. Erdulfus. Multis à Rege donatus pro Ecclesia muneribus.

13. Deora. Qui tantum agrorum accepit à Rege Egberto, quantum decem aratra colerent.

14. Vveremundus. Obiit an. 800.

15. Berumodus. Obiit an. 804.

16. Tadnoth. Hunc ponit Godibinus.

17. Surtrichus.

18. Alstanus. Horum duorum Godibinus non meminit.

19. Godvvinus I. Plerique hic alios intererunt, num. 9.

20. Sivardus. Hic eo tempore sedebat, quo Normanni in Angliam populatari trajecerunt. Reliqui Ecclesiam Inopem, & omnibus spoliatam. Obiit an. 1075.

21. Arnolus à Lanfranco Archiepiscopo substitutus. Qui præcoci morte ereptus, habuit succedentem sibi circa annum 2077.

22. Gundulfum monachum, & ut prior fuerat. Sub hoc res Ecclesiæ incrementum cepere. Erat religiose vitæ, in rebus forensibus acer: ac non nisi divina electione hunc honorem consequutus existimabatur.

23. Radulfus, Sagiensis Abbas primum, postea Archiepiscopus Cantuariensis. Successit an. 1114.

24. Ernulfus Gallus, monachus Belluacensis, vir gravis & circumspectus. Rexit Ecclesiam suam multa fide & probitate, omniumque successorum diligentiam vivacitate ingenii prævenit. Sedit annis novem, & diebus aliquot. Natus annos 84. discessit meliori sorte beatus, præcra sui regiminis monumenta relinquens. Mortuus existimatur in Martio anni G 1124.

25. Joannes, Archidiaconus Cantuariensis. Ejus tempore Ecclesia Roffensis incendio delagravit. Obiit an. 1127.

26. Anclimus, aliis malè Anclmus. Ad hunc legitur Epistola 209. Bernardo scripta.

27. Vvalterus, Archidiaconus Cantuariensis, electus à Canonis Ecclesiæ Roffensis, cum ante hac Archiepiscopus Cantuariensis huc Cathedra de successore provideret, quo jure se abdicavit Theobaldus Archiepiscopus. Mortuus est autem Vvaltherus, an. 1182. qui erat 35. regiminis.

28. Gualteranus, Archidiaconus Bajonenfis, obiit anno 1184.

29. Gilbertus Granvili, Archidiaconus Loxoviensis: graves lites habuit cum suis clericis, quas mors terminavit anno 1214.

30. Benedictus, ex Præceptore Ecclesiæ S. Pauli Londini, electus ob morum integritatem, an. 1215. Obiit an. 1226.

31. Henricus de Santvort, Archidiacon. Cantuariensis. Hic revelationem habuit animarum Purgatorio solutarum. Interiit an. 1235.

32. Richardus de Vvendover, primum Parochus, deinde merito suo Episcopus, iussu Pontificis consecratur. Vitæ sanctimonia excellit. Moritur autem an. 1238.

33. Laurentius de S. Martino, excessit è vita an. 1274.

34. Vvalterus de Merton, Angliæ Cancellarius, & nobilissimus Collegii Oxoniæ fundator, sub Henrico III. & Eduardo I. R. R.

35. Joannes de Bradfield, Cantor Ecclesiæ Roffensis. Hunc alii appellant Joannem de Ho. Obiit in Aprilii an. 1283.

36. Thomas Inceletorp, Ecclesiæ S. Pauli Decan. Obiit 1291.

37. Thomas de Vvuldham. Obiit 1316.

38. Haymo de Heath, Regi Eduardo II. à Confessionibus in pauperes munificus: abdicavit spontè Episcopatum ann. 1352.

39. Joannes de Spepey, Angliæ Theaurarius, obiit an. 1360.

40. Guilielmus Vvitley, Vvirgoniam, & inde Cantuariam translatus.

A 41. Thomas Trilleg, Decanus S. Pauli, decessit an. 1372.  
 42. Thomas Brinton, Monachus Benedictinus, vir summe eruditionis: Romæ hospitii Anglorum summus fautor existit. Obiit autem an. 1389.  
 43. Guilielmus de Sorlesham, alii Joannem vocant: Dominicanus, S. T. D. translatus ad varios honores, obiit an. 1399.  
 44. Joannes de Sorlesham, Academia Cantabrigienfis benefactor, excessit an. 1401.  
 45. Richardus Yong, in carcere obiit an. 1419.  
 46. Joannes Kemp, Legum Doctor, & Archidiaconus Dunelmensis, translatus Londinum, ac postremum Cantuariam.  
 47. Joannes Langdon, Monachus Cantuarien. Interfuit Concilio Basileensi, & fato functus est an. 1434.  
 48. Thomas Brovyn, Vicarius Episcopatus Cantuariensis, hinc translatus fuit ad Cathedram Norwicensem.  
 49. Guilielmus Vvels, successit. Et decessit in Major, an. 1443.  
 50. Joannes Lovve, Augustinianus, mortuus est an. 1467.  
 51. Thomas Rotheram, Lincolniam huc venit, & obiit Episcopus Eboracensis, an. 1500.  
 52. Joannes Alcock, translatus ad Yvigornien. & Elicen. sedem.

B 53. Joannes Ruffel, institutor fuit Eduardi R. & Lincolniam translatus est an. 1480.  
 54. Edmundus Audley, Herefordiam & Sarisburiam translatus.  
 55. Thomas Savage, Londinum ac dein Eboracii translatus.  
 56. Richardus Fitzames, successit, & Londinum transfertur.  
 57. Joannes Fischerus, omnium Episcopatum virtutum splendore coruscus, vir summa facundia, & literarum amans. Incidit in tempora quibus Lutherana hæresis virus suum spargere cepit: verum adversus illam se opposuit pro domo Israëli instar muri, veri pastoris manus exercens. Henrici VIII. primatum, una cum Thoma Moro Cancellario, nunquam adduci potuit, ut proficeretur; unde à barbaro Rege fenex vinculis traditur, quando eundem rubeo galero decorandum Paulus III. censuit. At mox capitis supplicium fortiter tulit 22 Junii an. 1535. Ac cum illo dehit successit Orthodoxorum in Ecclesia Rosseni Anstifitium.

EPISCOPI VVELLENSES.

Vvella Saxorum, Episcopus etiam fuit olim Vvellenfis, à Vvella in pago five vico Somersetensi. Ibi à tempore regis Eduardi, usque ad Vvilielmum Juniorem, hi fuerunt Episcopi, ab an. circiter 704.

- 1. Athelmus. Sedit an. 10. factusque Archiepisc. Cantuar.
- 2. Vvifelmus. Postea Archiepisc. Cantuar.
- 3. Ellech.
- 4. Vvifelmus.
- 5. Brihelmus, Monachus Glastoniensis, obiit an. 973.
- 6. Kincvvardus, Abbas Midde-tonensis, decessit an. 985.
- 7. Zigarus, Abbas Glastoniensis, obiit an. 995.
- 8. Elvvinus.
- 9. Burvvoldus.
- 10. Livingus, qui postea an. 1002. Cantuarie Archiepisc.
- 11. Elvvinus, ex Abbate Episcopus: tandem eiectus.
- 12. Britvvinus. Qui etiam pulsus, prædecessori locum fecit quem reliquerat. At hoc iterum eiecto, ille restituitur, dies 13. superstes.
- 13. Succedit Mervvith.
- 14. Et post illum quidam Lotharingus, & hi omnes Vvellis Sedem habuere.

D 15. At Joannes de Villula Turonicus, professione medicus, nolens in villa residere, thronum Bathoniam transfuit, ubi insignem Abbatiam Rex Osa fundaverat. Obiit grandævus, sepultusque fuit in Ecclesia S. Petri, quam à fundamentis creverat, an. 1122.  
 16. Godefridus, Belgæ natione, olim Angliæ Cancellarius. Sedit annis 12. & obiit an. 1135.  
 17. Robertus, Monachus Lehenfis, qui Ecclesiam suam Bathoniensem incendio deturpam restituit. Obiit an. 1163.  
 18. Reginaldus, ex Archidiacono Sarisburiensi, postquam annis 9. vacasset Cathedra, Episcopus successit, & an. 1191. Cantuariam translatus: at mox obiit.  
 19. Savarius, Archidiaconus Northamptonensis, Romæ consecratur an. 1192. Sedit annos 13. & moritur an. 1205. Epithaphium hoc Bathoniæ consequutus est:

*Hopes er am mundo, per mundum semper eundo:  
 Sic suprema dies fit mihi prima quies.*

- 20. Jocelinus de Vvelles, consecratur an. 1205. ob. an. 1242.
- 21. Rogerus, ex Cantore Ecclesiæ Sarisburiensis, hic Episcopus, sedit annos 3. mens. 4. successit

22. Guilielmus Button, moritur an. 1264.  
 23. Vvalterus Giffard, Sacellanus Pontif. post biennium Eboracum translatus est.  
 24. Guilielmus Button II. nepos prioris, sanctitatis fama eminens, ex Archidiacono Episcopus substituitur: ob. an. 1274.  
 25. Robertus Burnel, Eduardo L. charus, vir magni ingenii, 1292.  
 26. Guilielmus de Marchia, Theaurar. Angliæ. Sed. an. 10.  
 27. Vvaltherus Halesmavv, Decan. Vvellenfis, prof. an. 9.  
 28. Joannes Drokensford, multa sedi privilegia comparavit, seditque annis 19. & successit an. 1329.  
 29. Radulphus de Salopia, qui collegium vicariorum ibidem fundavit, multaque Ecclesiæ bona præstitit, & obiit post 34. annos Præfatus.

30. Joannes Barnet, furrogatur an. 1263. à Vvirgonia evoc.  
 31. Joannes Harevvel, Eduardi III. Sacellanus, ob. an. 1386.  
 32. Vvalterus Skirlavv, prius Episcopus Conventensis, post Dinelmæ.  
 33. Radulphus Erghum, L. D. fundavit collegium 14. Sacerd.  
 34. Henricus Dovvet, anno 1401. consecratur, & Eboracum transfertur.  
 35. Nicolaus Bubvith, successit an. 1408. antea Episc. Sarisb.  
 36. Joannes Stafford, hanc Ecclesiam rexit annis 18. Cantuariam evocatus, an. 1443. quando hic designatus.  
 37. Thomas de Bekinton, vir eruditus, pius, & libetalis, ob. 1454.  
 38. Robertus Stillington: ab Eduardo 7. comprehensus, moritur in carcere in Octob. an. 1486. & quinquennio post successit.

39. Richardus Fox, Episc. Exoniensis, translatus huc an. 1491.  
 40. Oliverus King, primum Secretarius Regis sub Henrico 7. Cæpit insignem fabricam Ecclesiæ Bathoniensis, quoque minus perficeret, morte fuit interpellatus, quæ incidit in an. 1503.

41. Hadrianus de Castello, missus ab Innocentio VIII. Papa in Scotiam ad res quasdam ibi componendas. At ubi intellexit Regem Scotiæ in prælio occubuisse, & Londini hæretet, ob præclaras animi dotes ab Archiepiscopo Cantuariensi Mortonno Regi Angliæ commendatur, & Herefordiensi cathedra donatur primum, & ab Alexandro VI. Cardinalis creatur. Præfuit huic sedi annis 12. eaque uti & reliquis dignitatibus exiit ob conjugationem adversus Leonem X. Pontificis accusabatur.

42. Thomas Vvolley, Cardinalis, & Eboracensis Archiepisc. Adriano exauctorato successit, sponte an. 1518. se abdicavit.  
 43. Joannes Clerk, S. T. D. consecratur an. 1523. & per illius manus Henricus VIII. librum, quem adversus Lutherum scripserat, misit: & ad Clivie Ducem delegatur ab eodem Rege, ut repudiaret fororis sue Catharinæ causas explicaret: veneno infectus, ager rediit, & exinguitur an. 1540. ac simul cum eo orthodoxi Antistes ille esse desierunt. Nisi quod mox an. 1554.  
 44. Maria Regina Gilbertum Burn designavit, prius Archidiaconum Londinensem, quem Elisab. reculantem impietatis dogmata succipere, exauctoravit.

EPISCOPI CRÉDITONENSES, CORNUBIENSES, & tandem EXONIENSES.

Occidentalibus Saxonibus ad fidem convertendis strenuè incubuerunt Vverstanus, & Athelstanus, circa an. Dom. 700. quando Sedes & Ecclesiæ Cathedrales primum Dorcestriæ haud procul ab Oxonia, & Vvintoniæ, & Bodibinæ sunt constitutæ.

- 1. Athelstanus igitur Cornubiensib. datus Præsul. Traitona primum, deinde Creditonam migravit, quæ hodie Kitton, ejusque successores Cornubiensium Episcopi hi traduntur. H
  - 2. Conanus.
  - 3. Ruydocus.
  - 4. Aldredus.
  - 5. Britvvinus.
  - 6. Athelstanus II. qui vixit anno 966.
  - 7. Vvolfus.
  - 8. Vvoromus.
  - 9. Vvolocus.
  - 10. Stidio.
  - 11. Adelredus.
  - 12. Burvvoldus.
- Circa annum autem 1040. Ecclesia S. Petri Exoniæ, coalescentibus in unum his diocesis, utriusque communis constituta est Sedes. In qua per ordinem sedit Pontifices qui sequuntur.
- 1. Eadulphus, alius Eadulphus, an. 905.
  - 2. Putta.
  - 3. Eadulphus II. annos 22. præfatus tenuit. Ob. an. 932.
  - 4. Ethelgarus. Obiit an. 942.

5. Elfvod.

A 5. Elfvodus, sedit annis 20. decessit 962.  
 6. Algarus, annis 10. sedit, obiit an. 972.  
 7. Sidemanus. Obiit an. 981.  
 8. Alvvolfus, post novem annos regiminis, obdormivit an. 990.  
 9. Alfridus, Abbas Malmesburiensis, præfedit usque ad annum 999.  
 10. Elfvodus, præfuit annis 15.  
 11. Ednodus. Hic ab aliis omittitur, uti & superiores 2. 3. 6. 8.

12. Livingus, ex monacho Vvintoniensi Episcopus Cridentiensi, Regi Cantoni familiaris, & peregrinationis Romanæ comes. Ab eodem imperavit, postquam avunculus ipsius Corbuniensem Cathedram uniret, per multum tempus ambitiosus & Britvvoldus eam per mortem reliquisset. Erat ambitiosus & protervus. Ferunt, cum ille animam efferet, tantum crepitum rota Angliæ audiri, ac si totius hujus molis ruina impendisset. Sequuntur Episcopi Exonienses.

Vacavit sedes usque ad tempora Edovardi, qui substituit eadem perfuncturum, virum doctum, cui nomen

- 1. Leofricus, alius Leofricus, qui Sedem transfuit Exam, quæ civitas fluvio ejus nominis alluitur, & Excestria appellatur.
- B Continuit hic collegium 24. Canonicorum in communi vivendum, eiectis Sanctimonialibus, & obiit an. 1073.
- 2. Osbertus, & profapia regia, liberalis, & moribus castissimis. Vixit ad quartum annum Henrici primi.
- 3. Guilielmus Vvarelmast, Normannus, Henrico I. à sacris Oratoriis, vir prudens ac discretus. Ferunt cum luminibus orbam ex ægritudine, nihilominus Romam missum à Rege ad Pontificem, & similitatem quandam latens gravem composuisse.
- 4. Rubertus Chiefter, Decanus Sarisburiensis, an. 1128. consecratur Episcopus Exoniensis. Præfuit an. 22.
- 5. Rubertus Vvarelvast, frater superioris Guilielmi. Sedit annos 9.

6. Bartholomæus Icanus, in utraque Philosophia humana & divina veratissimus. Opinio sanctitatis mortuus, post an. 14. regiminis.  
 7. Joannes Cantor Exoniensis, consecratur an. 1186. morte immatura abreptus, an. 1191.  
 8. Henricus Marshall, Staffordiensi Archidiaconus, fructuram Ecclesiæ ab aliis inchoaram perfecit. Decessit an. 1206.  
 9. Simon de Apulia, Decanus Eboracensis, vir eximie prudentiæ & literaturæ, civitatem Exoniam in Parochias distribuit. Obiit an. 1233.

10. Guilielmus Breuver, Fridericum Imp. adversus Saracenos in terram sanctam secutus traditur. Et reversus, Decanum in sua Ecclesia primum instituisse, & 24. Præbendas dotasse. Ob. an. 1244.

11. Richardus Blondy, consecratur est an. 1245. sedit an. 12.  
 12. Vvalterus Bronelcom, Archidiaconus Surrejensis primum, deinde Episcopus. Collegii Perimenfis in Cornubia existit fundator. Præfuit annis plus minus 23. & decessit an. 1280.  
 13. Petrus Quijvil, Canonicus Exoniensis, auxit multiplici dote Ecclesiam suam, pro variis in ea officiis erigendis. Obiit an. 1292. syrupo quem deglutire volebat, suffocatus.

- 14. Thomas Button, Decanus Vvellenfis, qui morit. an. 1397.
- 15. Vvalterus Stapledon, vir doctus & prudens, variis quoque legationibus perfusus fuit. Cumque Londinensis civitatis custodiam sibi demandatam haberet à Rege Eduardo, tumultuantium civium furore securi trucidatur, an. 1326.
- 16. Jacobus Barkley, in consilio Pontifice elect. ob. an. eod.
- 17. Joannes Glandelsonus, electus à Canonicis, consecratur Romæ an. 1327. Scripsit vitas SS. & conciones, fuitque summa parimonia, sic ut ingentes in publica opera divitias relinquere. Excessit è vivis anno 1369.
- 18. Thomas Brentingam, vir doctus & gnarus multarum rerum, sedit annos 24. obiit anno 1398.
- 19. Edmundus Stafford, Cancellarius, munere sub duobus Regibus perfunctus, obiit an. 1419.
- 20. Joannes Keterich, ex Menevensi Episcopus hujus Ecclesiæ.
- 21. Joannes Cary. Uterque hic exiguo tempore præfuit.
- 22. Edmundus Lacy, S. T. D. Episcopus Herefordiensi, huc evocatus an. 1420. magna pietate Antistes: sedit annos 35.
- 23. Georgius Nevelus, post 10. annos regiminis Eboracum decessit.
- 24. Joannes Boothe, vis pacis amantissimus, obiit an. 1478. L. B. T. beat. vite Human. Tom. III.

25. Petrus Courtenejus, ex Archidiacono Episcopus, & an. E nono à consecratione, Vvintoniensi Cathedræ præfuit.  
 26. Richardus Fox, qui post 6. annos regiminis Vvellam, dein Vvintoniam evocatus, cathedras illas administravit.  
 27. Oliverus King, priori in omnibus cathedris successit.  
 28. Righardus Redman, S. T. D. prius Episcopus Aflavenfis tandem ad Elicensem transfertur, an. 1501. Subrogatur

29. Joannes Arundel, Coventrenfis & Lichfeldensis Episcopus, obiit triennio à consecratione.  
 30. Hugo Oldham, S. T. D. homo pius & zelosus, quamvis verbis asperior. Immunitatem Ecclesiæ pro virili defendit, & auxit dotem collegii Vicariorum in Ecclesia sua. Obiit an. 1519.

31. Joannes Voyley, aliàs Harman, Legum D. & Henrico VIII. à sacris Oratoriis, vir eruditionis raræ & magnæ experientia. Qui dum conatibus impiis Henrici Regis obstitit, honore exiit: quem respumpit paulò post, Maria rerum potente, eiecto illo quem schismaticus Rex designaverat. Interiit grandævus, ann. 1555. qui erat 6. à consecratione. Ac post hunc Cathedra Exoniensis pestilentiar Cathedra evasit, ut cetera hujus Regni. Successit enim, vel potius eam occupavit, Apostata Augustinianus.

EPISCOPI HEREFORDENSES.

Herefortum, exiguum oppidum trans Sabrinam, non procul à Vvellenfis, quod tamen ruinæ superstes amplius suis se demonstret. Hujus ab initio extitere Episcopi, nempe ab anno 680.

- 1. Puttas.
- 2. Tirtellus.
- 3. Torterus.
- 4. Vvaltoghus, qui elegantem Crucifixi imaginem construxit.
- 5. Cuthbertus, qui postea Cantuarien. Archiepisc. in utroque munere se strenuum peccatorem, & murum pro domo Israëli opposuit. Anno Dom. 740.
- 6. Poddas.
- 7. Ecça.
- 8. Cedda. Obiit an. 837.
- 9. Albertus.
- 10. Ene, sive Elne, an. 855.
- 11. Celmundus.
- 12. Vitel.
- 13. Vvlfearus.
- 14. Benna.
- 15. Edulfus.
- 16. Gufulfus.
- 17. Murel.
- 18. Deordaf.
- 19. Cuemundus.
- 20. Edgatus.
- 21. Tidhelmus.
- 22. Vvlfelmus.
- 23. Alfricus.
- 24. Athulfus.

25. Ethelstanus, cæcus, annis 13. obiit an. 1055.  
 26. Leovagarus, quem tempore Regis Eduardi Rex Vvaldenium, urbe capta, sede & vita expulit. Sub an. 1056.  
 27. Vvaltherus successit, à Nicolao Papa Romæ consecratus, an. 1060. qui vitam cum summa infamia finivit, à muliercula cui vim inferre conabatur, forcipe in inguine suffolus, anno circiter 1076. Malmesburiens. lib. 4. Vacavit Sedes annis 4. quam post iniiit, an. scilicet 1079.

28. Robertus Loisinga, Lotharingus, qui ibidem Ecclesiam ædificavit, multaque præclare gessit.  
 29. Gerardus, statim à consecratione Eboracum transfertur.  
 30. Rogerus Lardarius, ante inaugurationem obiit.  
 31. Rainaldus, Regina prius Cancellarius. Hic à Rege baculum & annulum accepit. At mox ea retulit, agnoscens inficitiam suam: quarè Regi aliquamdiu infensus, postea summo cum honore introductus & consecratus fuit. Erat præsul pius sic ut inter missarum solemnias sæpè illachrymati visus fuerit. Deceffit ex podagra. Vacat annis aliquot. Et successit juxta Malmesburiensem.

- 32. Gaudredus Diva, qui Galfridus de Cliva aliis: sicut inficitia vitam protraxit, & nullo sui desiderio relicto, ob. an. 1119.
- 33. Richardus, qui Henrico I. Regi à sigillo fuit, successit illius favore, paucisque annis superstit. Ob. an. 1127.
- 34. Robertus de Betun, prior Canonicorum Lantonenfium sufficitur, vir abstemius, & in victu ac vestitu continens, gratus summis & imis. Deceffit anno 1148.
- 35. Gilbertus Foliot, Abbas Glocestrenfis, sedit annis 12. & Londinum transfertur, an. 1163.
- 36. Robertus de Melun, obiit an. 1167. Vacat Sedes an. 6.
- 37. Robertus Foliot, ex Archidiacono Oxoniensi. Obiit anno 1186.
- 38. Guilielmus Verus, multis sui monumentis relicto, obiit anno 1199.

A 39. Egidius de Bruse. Ad seditionem adversatis Regem Joannem II. prouus, solum vertere coactus, vix tandem in gratiam rediit. Mortuus est Glocestriae, 17. Novemb. ann. 1215.

40. Hugo de Mapenore, prius Decanus Herefordiae, mortuus 1219.

41. Hugo Foliot, Archiepiscopus Salopiae, mortuus an. 1234.

42. Radulfus de Meyndesteyn, Theologus nominatissimus, qui multis beneficiis Sedi collatis, hinc emigravit, postquam abdicato honore, Franciscanis se aggregasset, an. 1244.

43. Petrus de Egueblanc, electus an. 1239. Ferrus hic magno arte dato ambivisse Archiepiscopatum Burdegalensem, ac de illo iactans versuculus, qui olim Lambino cuidam descriptus:

*Ere dato multo, necdum Pastore sepulto,  
Lambit ad optatum Lambinus Pontificatum.*

Anno deinde 1263, a seditionis capite, ejusque opes congestae diripiuntur: ipse variis languoribus cruciatus, interit, an. 1268, relictis in pauperes distribuendis 190. modis frumenti & conducto Camobio ad Aquam bellam in Sabaudia.

B 44. Joannes Breton, Legum D. quas etiam divulgavit, mortuus an. 1275, mensis Maio.

45. S. Thomas Cantilupus, Archiepiscopus Staffordiensis primum, dein Angliae & Oxoniensis Academiae Cancellarius, J. U. Doctor, & Theologus eruditus, miraculis claruit in vita, & a Joanne XXII. Sanctus annuatus: postquam obiisset an. 1282, vel secundo nonnullis, 1287.

46. Richardus Svinfeld, S. T. D. homo disertus, & assiduus. Praefuit annis 24. & decessit in Martio anni 1316.

47. Adam de Ordon, Doctor Legum, translatus Vigorniam, an. 1327, & successit.

48. Thomas Charton, etiam Doctor, Canonicus Eboracensis, & Angliae Thesaurarius. Tandem an. 1337. Hiberniae Cancellarius institutus, eo migravit. Revocatus anno 1340, triennio post obiit.

49. Joannes Trilleck, fedit annos 16. & mortuus an. 1360.

50. Ludovicus Charton, S. T. D. Oxoniensis Cancellarius, vir multarum disciplinarum peritus: fedit annos octo, mortuus an. 1369.

51. Guilielmus Courtney, post an. 5. Londinium transfertur.

C 52. Joannes Gilbertus Dominicanus, a Bangorensi Ecclesia huc translatus, atque hinc Menevesium, an. 1389. & successit.

53. Joannes Trefant, in Romana Curia Auditor Rota, consecratus, an. 1389. & an. 1400. a Rege Henrico IV. Legatus ad Bonifacium IX. mittitur: unde reversus, moritur an. 1404.

54. Robertus Malca Carmelita, vir doctus, & disertus: vita hac defunctus, an. 1416.

55. Edmundus Lacy, S. T. D. Capella regiae Decanus, translatus an. 1420. Exoniam.

56. Thomas Polton, ex Decano Eboracensi hic Episcopus translatus Vigorniam, & successit an. 1420.

57. Thomas Stafford, Abbas, qui post annos 26. Episcopatu sponte se abdicavit, vitae tranquillioris amans.

58. Richardus Beauchamp, Archiepiscopus Suffoloniae, an. 1450. Sarisburiam transfertur.

59. Reginaldus Buller, Abbas Glocestrensis, translatus Lichfeldiam.

60. Joannes Stanbery, multa scripsit. Obiit an. 1474.

61. Thomas Milling, Monachus Vvintonasteriensis, S. T. D. primum Abbas ibidem, mox Episcopus, moritur an. 1491.

62. Edmundus Audley, primum Rossensis, dein hujus Ecclesiae Praefectus, tandem ad Sarisburiensem, migravit an. 1502. & subrogatur.

63. Adrianus Castellensis, Hetericus, missus ab Innocentio Papa in Scotiam dissidiorum componendorum gratia: cum in Angliam manere aliquidam, eam apud Henricum VII. gratiam invenit sua comitate & recte agendi consuetudine, ut ab eo Cathedram hanc, & deinde Vvellensem obtinuerit. Romam reversus, Collegio Cardinalium associatur. Erat alter sui saeculi Cicero, si puritatem sermonis & scripturae spectares. Igitur Romam digressus, successit an. 1504.

64. Richardus Mayo, prius Oxoniensis Academiae Cancellarius, Missus fuit in Hispaniam, ut Catharinam Arthuro Vvallis Principi in matrimonium ducendam comitaretur. Et post reditum huc Cathedra praeficitur, quam tenuit annis pene 11. Excessit autem an. 1516.

65. Carolus Boothus successit, S. T. D. & Vvallis antea Cancellarius: praefuit annis 18. mens. 5.

66. Edvardus Fox, S. T. D. & Henrico VIII. ab elemosy-

nis. Consecratus Herfordiensis Episcopus, an. 1535. De generavit ad novitiam hujus Regni impietatem exemplo sui Regis, & successoribus Catholicis viam ad hanc Cathedram praeficit. Moritur autem an. 1538. in Majoria, merito è numero Orthodoxorum Episcoporum eliminandus.

EPISCOPI ELIENSES.

Eliensis Insula Angliae Orientalis, statim post Augusti, ut primi Anglorum Apostoli tempora ad fidem converta fuit, in eoque Ethelbertus Cantiae R. Ecclesiam aedificavit, quam ampliosem & splendidiorem construxit Etheldreda Regis filia, anno 677. & in Monialium cenobium convertit, amplissimo cenitio relicto. Verum per Danos Monasterio everto, & insula deserta, universum illum locum emit ab Edgardo Rege Ethelboldus Episcopus Vvintoniensis, & Monasterium reaedificavit. Abbatemque constituit, & usque ad annum 1109. ea dignitas hic perduravit. Donec crescentibus opibus, dum Lincolnienis Episcopatu subesse ultra detrectaret Eliensis, Hervaeus Bangonensis Episcopus, Henrico I. Rege annuente, & de Romani Pontificis assensu, primus illius Episcopus designatur. Igitur

Hervaeus huc translatus perhibetur, an. 1109. sedique annos 22. & anno 1131. hanc vitam reliquit.

Nigellus subrogatur exacto à morte prioris biennio: & multis sollicitudinibus Episcopatus testimonium exhibuit, annis 46. quibus praefuit. Obiit paralyti, an. 1169.

Galfridus Ridally, Obiit anno 1189.

Guilielmus Longchamp, Angliae prius Cancellarius, vir gravis Richardo I. Regi, ac Deo & hominibus dilectus. Missus ad Pontificem legatus, an. 1197. obiit Pictavia.

Enslachius, postquam plus quam anno vacasset Sedes, subrogatur, At in exilium secessit propter offensam Regis. Unde revocatus, discessit Reding, an. 1214.

Joannes de Fontibus, Abbas primum, consecratus Episcopus anno 1219. cum intermedio tempore inter duos electos comendatur, quorum uterque exauctoratus fuit: obiit anno 1225.

Galfridus de Bargo, qui prius fuerat electus, rursus postulat, Sedem tenuit annis 4. mortuus an. 1229.

Hugo Norrvold, S. Edmundi Abbas, erga pauperes municipalis, erga omnes benignus, & in Ecclesiam quam aedificavit liberalis. Decessit, an. 1254. 9. Augusti.

Guilielmus de Kilkenny, Archiepiscopus Conventrensis, primum Angliae Cancellarius, fedit an. 1. mens. 1.

Hugo Ballan, vel Bedele, Monachus devotus & simplex, Henrico III. renuente electus, ac per Pontificem confirmatus, fedit annos 28. Collegium instituit Cantabrigae, & decessit 16. Junii anni 1286.

Joannes de Kirkby, Decanus ante Vvintoniensis, & Angliae thesaurarius. Extinctus anno 1290. in Martio.

Guilielmus de Luda, Dunelmensis Archiepiscopus, vir magnificus & eminentis scientiae, fedit annos 7.

Radulphus Vvalpoole, fedit annos 3.

Rupertus Olford, Monachus Eliensis, fedit annos 7.

Joannes de Kerton, etiam annis 7. expletis, obiit 1316.

Joannes Hotham, facellanus Eduardi II. paralyti correptus decessit, an. 1336.

Simon Montacutus, à Vvintonensi sede huc transfertur. H aedificavit Capellam honori B. Mariae, sedique annis plus minus 7. mortuus an. 1344.

Thomas Lyllys, Dominicanus, Avenione consecratus, Theologus eximius, concionator assiduus; multa etiam divulgavit, quorum seriem Baluzs enumerat. Obiit 1361.

Simon Langham, Abbas Vvintonasteriensis, mortuo inopinata morte Reginaldo Briam hic ab Innocentio Pp. instituto Episcopo, eligitur, & an. 1366. Cantuariam evocatur. De quo circumferebatur ille versuculus:

*Latetur caelis, quia Simon transit ab Ely,  
Cujus in adventum stent in Kent milia centum.*

Joannes Barret, prius Vvellenis Episcopus, mox Angliae Cancellarius, diem suum obiit an. 1373.

Thomas Arundellus, annuente Pontifice electus, Eboracum, ac tandem Cantuariam translatus fuit.

Joannes Fordeham, Dunelmensis antea Episcopus, obiit an. 1425. cum totis 37. fedisset.

Philippus Morganus, ex Vigornienis hic constituitur Episcopus, vir prudens, fedit annos 8. & mens. 6.

Ludo-

A Ludovicus Luxemburgicus, Cardinalis, Archiepiscopus Rothomagensis in Gallia, & Mortinensis, administravit Eliensem Ecclesiam annis 6. Obiit an. 1443.

Thomas Bourchier, ex Vigornienis Eliensis electus est anno, quo prior decessit, in Martio. Praefedit an. 1470.

Guilielmus Grajus, S. T. D. Nicolao S. Pontifice annuente successit. Sedit an. 24. mens. 2.

Joannes Morton, vir prudentissimus, fedit annis 8. & factus ad extremum Archiepiscopus, obiit an. 1486.

Joannes Alcock successit, postquam triennio sedes vacavit. Translatus huc ab Ecclesia Vigornienis, Angliae Cancellarius ab Henrico VII. designatur. Decessit an. 1500. postquam annis 14. praefedisset.

Richardus Redman, S. T. D. defunctus an. 1505.

Jacobus Standley, S. T. D. post annos 8. obiit.

Nicolao Vvest, S. T. D. Decanus primum Vvindelorensis. Hic in sua familia famulos 100. & pauperes deinde 200. alio die tradidit, & amicis tot fecisse sibi ex mammona iniquitatis. Praefuit an. 17. excessit in Aprilis an. 1533.

Thomas Goodrich, consecratus an. 1534. & an. 20. in functione Episcopali cum laude, non sine gravi difficultate, quod Regis primatum Ecclesiam nolle agnoscere, transactus, extinctus est, an. 1554. successore orthodoxo destitutus. Nisi quod Maria Regina Thomam Thiblyum, S. T. D. ex Norwicensi Sede huc transtulit, quem Jezabel mox exauctoravit, & vinculis tradidit. Decessit Lancastrae 26. Aug. an. 1570.

EPISCOPI LINCOLNIENSES.

Cathedra Episcopalis que nunc Lincolniae, ab initio Docestriae existimatur constructa fuisse, maximoque territorio insignitam, late imperitasse. Primum Antiquis creditur Birnias, è Gallia oriundus, etque successisse

Agilbertus, etiam Gallus. Quo defuncto, pluribus annis caruit haec sedes praefecto, saltem usque ad an. 678.

Edgarus.

Kinebertus, Beda Embertum vocat. Obiit an. 733.

Alvigh, interfecti Synodo Cantuariensi, an. 747. obiit 751.

Eadulfus, Archiepiscopus Antecessoris, moritur, an. 764.

Ceolulfus, obiit an. 787.

Eadulfus, vacavit sedes multo tempore.

Brightredus, tandem an. 872. fit Episcopus. Postquam diu ante, anno scilicet 737. Legecestriae alia Cathedra fuit erecta, sed mox Dorcestriam translata. In qua sederunt

T O T A S.

Eldbertus, consecratus an. 764.

Vveretbertus, qui obiit an. 768.

Unyvora, vixit an. 806.

Rebthans Abbas, moritur an. 851.

Aldredus, consecratus an. 861. prius an. 873.

Ceolredus, consecratus an. eodem.

Halardus, defunctus an. 897.

Renulfus, an. 905. consecratur.

Leofwinus, an. 959. defunctus.

Ailnothus, consecratur an. 960.

Afcuvinus.

Alshelmus.

Eadnothus, praefectus casus à Danis, an. 1016.

Eadhericus, 1004. anno obiit.

Eadnothus II. occubuit an. 1050.

Ulfus Normannus, homo indoctus, cum sua gente expulsus, mare ore contabuit.

Vvulfus, consecratur an. 1053. & decessit Vvintoniae anno 1067. Atque omnes isti Dorcestriae & alibi confederunt, donec Guilielmo Rege suadente, Sedes Episcopales tota passim Anglia ex Urbibus minoribus ad celebrioris translatae fuerunt. Igitur Lincolniam, relicta Dorcestria, Cathedram suam fixit, an. 1070. aut circiter.

Remigius de Fescam, Monachus, à Guilielmo Rege successit Vvulfo. Qui collegium hic instruxit 27. Praebendariis, multaque memorabilia, cum esset corpore ad statorem perpusillo, praeficit. Majora facturus, nisi morte fuisset praeventus, que eum abfuit an. 1092. mensis Maji die 9.

Robertus Bloctus, Cancellarius Angliae. Fuit vitae inconcinnus, & indoctus. Nihilominus antecessoris vestigia sedatus, 27. praebendariis alios 21. adiecit. Occubuit an. 1122.

Alexander, Henrici R. favore designatus, Ecclesiam suam fortuito incendio deturbatam restauravit. Romam bis missus legatus, an. 1147. morbo correptus obiit.

Robertus de Chesney, ex Archiepiscopo Leycestrensi. Re- xit an. 10. Vacavit sedes an. 17.

Vvaltherus de Constantis, Monachus, notus Regis Henrici II. translatus ad Sedem Rothomagenis, an. 1184. Vacat sedes usque ad annum 1189. quando

S. Hugo, Prior Carthusiae nuper ab Henrico erectae, sufficitur. Hic propter eximiam vitae sanctitatem, quae etiam variis miraculis Deus adierit, Divorum catalogo illatus est. Incubuit valde reformanda disciplinae Ecclesiasticae, quae multum erat collapsa. Gestavit tota vita cilicium, quod etiam agitudine superatus nunquam deposuit. Obiit autem 17. Novemb. anni 1200. & vigesimo à morte anno in Canonem SS. relatus fuit: ejusque ossa in capsulam pretiosam translata, & venerationi expolita, 1282.

Guilielmus Blefenis, Cantor ejusdem Ecclesiae, electus in Episcopum, an. 1201. Obiit quinquennio post.

Hugo Vvallis, prius Cancellarius Angliae, & Archiepiscopus Vvellenis. Bona sua in pios usus destinavit, rexitque Ecclesiam suam usque ad annum 1234.

Robertus Grouthead, sive Grosse-teste, quod maximum caput haberet: homo ob insignes animi virtutes celeberrimus Theologus, orator, praedicator summus. Libros scripsit fere 200. quos Baluzs enumerat. Decessit dierum & meritorum plenus, an. 1253.

Henricus Lexington, ex Decano Episcopus, annis quinque fedit, & obiit an. 1258.

Benedictus de Gravesend, etiam Decanus, qui nonnullis Richardus dicitur: obiit an. 1279.

Joannes de Aldeby, post annum successit, & in vario sorte demeritur, post vitam sanctam, & religiosam infirmum, 5. Jan. 1319.

Thomas Beak, Cancellarius Lincolnienis, & thesaurarius Angliae, paucis tempore praefedit.

Henricus Butvvaich, sub Eduardo II. magni nominis & potentiae, inauguratus Episcopus, an. 1320. Moritur Gandavi in Flandria, quod fugerant ob quamdam Regis indignationem declinandam, an. 1340.

Thomas de Beck: nihil de hoc memoratur.

Joannes Simvel, fedit usque ad annum 1362. quo obiit.

Joannes Bokingham, custos sigilli Regis, Theologus non G vulgaris, qui abdicato Episcopatu, Monachus effectus, vitam hanc religiosam finivit Cantuarie.

Henricus Beaufort, frater Henrici IV. Regis, S. R. E. Cardinalis, successit an. 1397. & post septennium Vvintoniam transfertur.

Philippus Repindon, S. T. D. prius Abbas Lecestrensis, & Oxoniensis Academiae Cancellarius, errores Vvicleffii infirmiter contulit. Creatus tandem à Gregorio XIII. Card. TT. SS. Nerei & Achillei, ac anno 1420. Episcopatu renuntiavit, & designatus in ejus locum

Richardus Flemming, S. T. D. qui ossa Vvicleffii haereticae exhumari, rogoque injici, & comburi iussit, ac Collegium Lincolnienis Oxoniae fundavit.

Guilielmus Grayus, Londino Lincolniam transfertur, anno 1431. Sedit hic an. 4.

Guilielmus Alnevuick, legum Doctor, Norwico huc translatus, an. 1436. obiit an. 1449. fuit à confessionibus sacris Henrico VI. quem Regem sanctissimum vocant.

Marmaducus Lumley, ex fede Carlolenti quam 20. annis rexerat, huc evocatus, an. 1450. vix anno praefuit.

Joannes Chadvvord, fedit annis 18. usque ad annum 1470.

Thomas Scottus, quem Roteram alii, primum Rossensis, dein Lincolnienis Episcopus, ac post 9. annos Eboracensis, & Angliae Cancellarius sub Eduardo IV.

Joannes Russel, S. T. D. & Archiepiscopus Berkenis, cujus eruditionem, pietatem, & singularem zelum Thomas Morus summis effert laudibus. Obiit an. 1490.

Guilielmus Smith, prius Conventrensis Antistes, Vvallis primum Praefectus, Oxoniensis Academiae Cancellarius, Lincolnienis factus Episcopus, an. 1490. Moritur an. 1513.

Thomas Vvoley, vix anno praefederat, cum in numero Cardinalium cooperaretur, & Eboracum transferebatur.

Guilielmus Atvwater, consecratur anno 1514. sedique annos quinque.

Joannes Longland, S. T. D. Henrici VIII. confessor, consecratur anno 1521. Obiit verò anno 1547. ac cum eo extincta Ca-

A Catholice successione series. Nisi quod regnante Maria, designatus in hac cathedra fuerit Joannes Vvithus, S.T.D. an. 1353. & Vvintoniam translatus an. 1557. cui sufficitur Thomas Vvaton, etiam Doctor & Theologus summus, sed mortua Maria, Parlamenti impietate amotus fuit, quod novitate deformationi adverteretur: anno tandem 1584. diem extremum obiit.

EPISCOPI COVENTRENSIS,  
ET LICHFELDENSES.

Lichfeldia in Episcopatum erecta fuit ab Osibio Rege Merciorum, ejusque instinctu primus illius Episcopus, anno Christi 656. institutus traditur

Duvinas, qui sedit annis duobus. Et succedit Cellach Scotus, qui se Episcopatu abdicavit. Trumherus, Abbas primus, sub annum 656. Jarummannus, Orientales Saxones, jam a fide deviantes, reduxit. Illo sedente, Ecclesia Lichfeldia primus constructa cepit anno 666.

B Cceda, Archiepiscopatum Eboracensem obtinuit. Mox huc translatus, obiit an. 672.

Vvinfridus, a pietate & modestia laudatus a Beda, tamen per injuriam Cathedra exutus, in cenobio vite reliquum religiosè exegit.

Saxulus, exauctorato priore, successit an. 672. sed Diocesis hæc in binas partita fuit. Saxulus hic continuavit, alteram verò partem Eadtheadus quidam obtinuit, & Sidnacefræ re-fedit, cuius successores, quare inter Episcopos Lincolnienfes veteres supra. Obiit Saxulus an. 705.

Ethealdus, alius Eathealdus. Qui decessit an. 721.

Alduvinus, Bedæ contemporaneus, decessit an. 737.

Vvitta. Ante hujus electionem Merciorum Regnum tres suscepit Episcopatus, quorum unus Leculfria, 2. Dorcestria, tertius mansit Lichfeldia, quem tenuit Vvitta, an. 739. Successit eidem in eodem ordine & functione

Hemel, qui moritur an. 764.

Cuthfridus.

Berthunus, qui extinguitur an. 785.

Higbertus.

Aldulphus, qui creatus Archiepiscopus ad petitionem Pontificis. Vixit in Junio an. 793.

Humbertus successit, sed dignitas Metropolitana in prædecessore extincta mansit. Obiit traditur an. 795.

Herevvinus, vixit anno 833.

Higbertus.

Ethelvoludus, obiit an. 857.

Humbertus II. decessit an. 864.

Kinebertus, excessit an. 872.

Cumberus.

Tunbrithus, moritur an. 928.

Ceterum aliam horum seriem videre est apud Florentium. Nos superiore contenti, eandem prosequemur. Igitur

Ella Tunbritho successit, anno 929.

Alfgar.

Kinif. Qui vixit an. 948. usque ad an. 966.

Vvinif.

Ealceagus, Elseth alius.

Godvvinus.

Leofgarus.

D Brithmatus, obiit 1039.

Vulfus, obiit 1054.

Leofuvinus, Abbas Coventrensis, eodem anno.

Petrus. Hic sedem Episcopalem transtulit ex hinc Cestriam an. 1075. defunctus ibidem, an. 1086.

Rubertus de Limefy, consecratus ann. 1088. & transtulit Sedem Coventriam, ubi obiit an. 1116.

Rubertus Peccam, Sacellanus Henrici I. obiit 1127.

Rogerus de Cliron, Archidiaconus Buchingamen. Hierofolymam profectus, obiit Antiochie, an. 1148.

Vvalterus Durdent, Cantuariensis Ecclesie Prior, obiit anno 1161.

Richardus Perche, Archidiaconus Coventrensis primus: fundator exiit Cenobii Staffordiensis: obiit 1182.

Girardus Puella, vir magnæ literaturæ & probitatis, electus an. 1182. obiit an. 1184.

Hugo Nunant, Normanus, vir spectatæ eruditionis & prudentiæ, qui moriens an. 1199. omnia sua dotibus religiosis, & pauperibus erogavit.

Galfridus de Muschamp, Archidiaconus Clivelandiæ, qui E obiit an. 1208. post novem annos regiminis.

Vvalterus de Gray, Vvignoriam translatus, an. 1214. & deinde Eboracum.

Guilielmus de Cornhul, Archidiaconus Guntundonenfis. Obiit an. 1223.

Alexander de Savensbey, omnigenæ scientiæ Præful, Franciscanis Lichfeldia cenobio extracto, obiit an. 1238.

Hugo de Parreshul, Angliæ Cancellarius, & Thefaurarius, postquam annis 3. sedisset, sublatus, an. 1242.

Rogerus de Vvefecham, consecratus Lugduni, ann. 1245. Grandævus spontè Episcopatu cessit, & paralyti decessit, anno 1256.

Rogerus de Moleno, Henrici III. Regis nepos. Initio iners & parum intensus functioni Episcopali. Mox hortatu Archiepiscopi Cantuariensis, animo sumpto, in Diocesi sua resedit, & post annos 38. regiminis, obiit 1295.

Vvalterus de Langton, Angliæ Thefaurarius, ab Eduardo II. multis injuriis lacessitus, biennis carceris qualorem perulit. Causa iracundiæ regis erat, quod adhuc juvenem apud patrem de variis insolentis corripuisset, & apud Patrem, a quo etiam castigatus fuerat, delinisset. Itaque liberatus paulo post, aule valedixit, & reliquum vite in summa tranquillitate exegit; ac relicta sua probitatis variis testimonis, defunctus est, an. 1321.

Rogerus Northbroth, prius magni sigilli custos, a Scotis in prælio captus. Sedit annos 38. & obiit an. 1360.

Rubertus Stregton, Vvalliæ Principis Sacellanus, illiteratus, & inhabilis, Rege postulate electus, vix tandem consecrationem obtinuit. Sedit an. 25.

Vvalterus Stirlavv, Legum Doctor, transfertur hinc ad Vvallenfem, & mox ad Dunelmensem Episcopatum.

Richardus Scroobe, Angliæ Cancellarius, annis 10. hic sedit, & transfertur Eboracum, an. 1386.

Joannes Burghil, Dominicanus, ex Landavensi fit Episcopus Lichfeldensis: obiitque in Junio an. 1414.

Joannes Keterich, Notarius Curie Romanæ, prius Mene-nensis, tandem hujus Ecclesie Episcopus, an. 1415. Interfuit biennio post Concilio Constantiensi, ubi constitutus est unus ex 30. electoribus, qui Martinum V. Pontificem elegerunt. Tandem Exoniã migravit, 1419.

Jacobus Cary, obiit in Italia, ante inaugurationem.

Guilielmus Heivvorth, S. Albani Abbas: obiit an. 1448. postquam sedisset annos plusquam 27.

Guilielmus Boothe, Eboracum migravit hinc an. 1453.

Nicolaus Clofe, S. T. D. & Academiæ Cantabrigeniensis Cancellarius, ex Carlione huc devenit, anno 1453. & eodem occubuit.

Reginaldus Butier, Abbas Glocestrensis, primus Herefordensis Episcopus, huc venit an. 1453. sedit an. 6.

Joannes Hales, sedit an. 31. obiit 1490.

Guilielmus Smith, sedit annos 4. Lincolniam transfertur an. 1492. succedit

Joannes Arundeel. Qui Exoniã concessit, an. 1502.

Galfridus Blythe, Legum Doct. obiit an. 1524.

Rolandus Lee, qui matrimonium celebravit inter Henricum VIII. & Annam Bolenam. Decessit an. 1543.

Richardus Sampson, Legum etiam Doctor, consecratus Episcopus Cicebriensis, ann. 1537. inde Linsfeldiam transfertur an. 1543. Verum an. 1539. in Arceem Londinensem conjicitur, quod primatum Ecclesiasticum in Rege non agnosceret. Obiit H an. 1554. Successit illi

Radulphus Baynus, S. T. D. quem Elisabetha exauctoravit post quinquennium, sic ut mortuus fuerit, an. 1559.

EPISCOPI SARISBURGENSES.

Mortuo Headda Vvintoniensi Præfule, visum fuit Inæ Occidentalium Saxonum Regi, duos in sua Provincia constituere Episcopos, adeoque præter Vvintoniensem, aliam cathedram erigere. Primus itaque illi præfectus traditur, an. 705.

Aldhelmus, Monachus & Abbas Malmesburienfis, quo munere postquam annis 34. perfunctus esset, factus Episcopus, sedit annis 2. scriptique clarus, migravit anno 709. Maji 25.

Fortherus succedit, Bedæ contemporaneus, in Scriptura S. versatissimus. Qui Regiam Occidentalium Saxonum Romanam comitatus fuit, an. 738.

He-

A Herevvaldus, obiit an. 766. Interfuit Concilio Provinciali Cantuariensi.

Ethelvoludus, successit.

Denefrithus.

Vvilibertus, Romam profectus legitur, an. 815.

Ealsthanus, bellator bellicosus, subegit regna Cantionum & Orientalium Saxonum Elfrido Regi, ac cum Danis feliciter pugnavit. Decessit an. 867. cum præfuisset ann. totos 50.

Eadmundus, a Danis prælio occisus, an. 872.

Etheleagus: nihil de hoc reperitur.

Aster, dicitur hic scriptis res Britannia, & apud Regem multum sollicitate, ut Academiæ Oxoniensis Professoribus stipendia larga penderentur.

Svithelmus, hic in exteriores Indias penetravit, ubi S. Thomæ Apostoli corpus tumulatum creditur. Atque inde reverfus, multis gemmis dotatus redit: vixit circa an. 883.

Ethelvvaldus, five Ethelvvardus, filius Alfridi Regis, obiit an. 898. Vacavit sedes an. 7.

B Vvyrifanus, a Danis cæcis in prælio, an. 918.

Ethelbaldus.

Sigelmus, etiam in prælio contra Danos occubuit, anno 934.

Vvulfimus, Abbas Vveftmonasteriensis, de quo memoratur, quod moriens exclamaverit: Video celos apertos, & filium hominis stantem a dextris virtutis Dei; atque ocus expiraverit, an. 958.

Alfvoldus, moritur an. 978.

Ethelricus.

Ethellius.

Britvvinus, aliis Briticus, obiit an. 1009.

Britvvinus.

Elfvoldus; fuit vir rara frugalitatis & temperantiæ: illo defuncto, Vvintoniensi Ecclesia rursus Sherbonensi, a qua exempta fuerat, adjecta & restituta fuit: Sic ut utramque tenuerint, qui sequuntur Episcopi.

Ethelstanus, Vviltoniensi comitatus Episcopus, sedem tenuit Ramsburie.

Odo, ibidem confedit, atque translatus Cantuariam, an. 934.

Ofileus, Vviltoniæ Cathedram habuit, & obiit an. 970.

Asthanus, Abbas Abindonenfis, obiit an. 981.

Alfgarus, alius Vvolfgarus.

Siricus, translatus ad Cantuariensem, an. 989.

Alfricus, utriusque sedis successivè susceptus, an. 995.

Brithvoldus, Monachus Glastoniensis, moritur an. 1045.

Hermannus Flander, ultimus fuit Episcoporum hujus Ecclesie, cuius cathedram cum frustra labora Malmesburie collocare, relicto Episcopatu, Monachus evasit S. Bertini in Gallia. Postea tamen Elfvodi morte renuntiata, rediit ad intermissum munus, omnique comatu tandem efficit, ut sedes transferretur Salisburiam, sive rectius, Sarisburiam. Igitur primus hic sedem fixit

Herrmannus, jam memoratus. Est autem Sarisburia castellum in edito situm, muro vallatum, aquæ penuria laborans, hic Hermannus Ecclesiam ædificare cepit, ac morte præventus, illius dedicationem non vidit.

S. Olmundus, vir probatæ fidei, morumque quales in Episcopo requiritur, dedicavit Ecclesiam suam ann. Christi 1092. & septimo deinde anno moritur. Sanctorum catalogo adscriptus D est.

Rogerus, prudens in rebus agendis, sibi ad hunc honorem viam stravit. Factusque regni Cancellarius, an. 38. in Episcopatu evoluit, mortuus est, an. 1139.

Jocelinus, postquam hæc sedes aliquandiu vacasset, successit, qui factus Monachus Cisterciensis, obiit an. 1184.

Hubertus Vvalterus, Decanus Eboracensis, prius Richardum I. Regem comitatus fuit in expeditione celeberrima adversus Saracenos, an. 1191. Ipse autem Cantuariam translatus, an. 1193. Subrogatur

Herbertus, pauper, prius Archidiaconus Cantuar.

Richardus Poore, ex Ciceftria Sarisburiam evocatus, anno 1217. Fundamenta jecit elegantissimæ Ecclesie, quæ hodie inter primas Angliæ habetur. Translatus tandem Dunelmum, an. 1225.

Roberus Bingham, Canonicus Sarisburien. præfuit an. 30. Obiit in Novemb. an. 1246.

Guilielmus, Eboracensis Ecclesie fuit structuram mirificè promovit, vir dilectus Deo, & hominibus: obiit an. 1256.

Egidius de Bridport, alius Briseford, prius Decanus Vvel-lenfis, moritur in Decemb. an. 1262.

Vvalterus de la Vvyle: obiit an. 1270.

Robertus de Vvickapton, ex Decano hujus Ecclesie Episcopus, decessit an. 1284.

Vvalterus Scammel, eodem anno moritur.

Henricus de Braundton, etiam eo tempore decessit.

Guilielmus de la Cornet, consecratus an. 1289.

Nicolaus de Longeise, Henrici II. Regis nepos; homo grandævus: obiit 1297.

Simon de Gandavo, maximus Theologus, circa an. 1298.

Robertus de Mortinal, decessit an. 1329.

Robertus Vvivi, homo indoctus, & deformis, nihil dignum memoria gessit an. 45. quibus præfuit.

Radulphus Ergum, Doctor Legum, translatus ad Cathedram Vvellenfem, an. 1388. Succedit

Joannes Vvaltham, privati sigilli custos, postea Angliæ Thefaurarius: emigravit an. 1395.

Richardus Meford, Cistercio huc translatus, & ann. 1407. naturæ debitum exolvit.

Nicolaus Bubvith, Londino huc evocatus, inde ad Sedem F Vvellenfem.

Robertus Halam, Archidiaconus Cantuariensis, tandem Cardinalis: interfuit an. 1413. Concilio Pisano, & anno 1417. Constantiensi: obiit anno eodem.

Joannes Chaudler, Decanus Sarisburienfis: obiit anno 1427.

Roberus Nevillus, Præpositus Beverlacenfis, translatus Dunelmum an. 1438.

Guilielmus Ailcoch, Doctor Legum, Regique ab Epistolis, & mox a Confessionibus: orta Ruiticorum seditione, trucidatur, cum sacris operaretur, an. 1450.

Richardus Beaucamp, Herefordio hic evocatur, factusque Cancellarius Ordinis Garterii, sub Henrico VI.

Leonellus Vvooduil, abdicavit se Episcopatu.

Thomas Langton, prius Menevenses Episcopus, postea Sarisburienfis, ad extremum Vvintoniensi, an. 1493.

Joannes Blithus, Cantabrius, Academiæ Cancellarius, anno unico sedit.

Henricus Deane, S.T.D. Abbas Lanthoniensis, & Episcopus Bangonenfis, postea Cantuariensis.

Edmundus Audely, prius Episcopus Rossensis, consecratur hic an. 1502. rexit an. 22. Succedit an. 1524.

Laurentius Campegius, Rotæ Rom. Auditor, Cardinalis Tit. S. Thomæ: administravit hanc Ecclesiam aliquot annis, & ab Henrico VIII. exauctoratus, decessit Romæ an. 1539.

Successit Nicolaus Shaxton: at etiam paulo post, quod Regio primatum Ecclesiastico obliteret, exauctoratus fuit.

Sub Maria autem sedit Joannes Jevvellus, quem deinde amovit Elisabetha Calvini facibus imbuta, & lux farina: homines substituit, qui usque modo hic sedent.

EPISCOPI NORVVICENSIS.

Sigebertus Orientalium Saxonum Rex, potius regno quod Corpibaldus possederat, Felicem quandam Burgundum genere, cum quo familiariter diu usus fuerat, in eo Præfulem constituit, ut liberos suos tanto promptius a Gentilismo ad fidem Christianam perduceret.

Felix itaque feliciter sedem fixit Dunibici, quæ civitas est Suffolciæ, circa an. 630. seditque an. 16. & an. 647. vitam cum morte commutavit. Successit

Thomas ejus Diaconus, & præfuit an. 5.

Brigillus, alius Bonifacius, sedit an. 17.

Bifus, vir grandævus, & laboribus impar, Diocesim, quod amplior esset, divisit in duas, constituta altera in Northbellam oppidulo. In quo hic ordine sederunt.

1. Bedvvinus.

2. Norbertus.

3. Headulcus.

4. Edilfridus.

5. Lanferthus.

6. Athelvolvus.

7. Alcatrus.

8. Sibba.

9. Alherdus.

10. Humbirctus.

EPISCOPI DUNVVICENSIS  
verò fuerunt

1. Acca.

2. Ast-